bienaventuranza, sino dedicándonos al culto de la verdadera fé, y agradando á nuestro Creador al menos en la confesion de que es digno: por lo cual quanto mas elevados estamos mediante la gloria real sobre los súbditos, tanto mas debemos cuidar de aquellas cosas que pertenecen á Dios, ó aumentar nuestra esperanza, ó mirar por las gentes que Dios ha puesto bajo nuestro cetro. Ademas ¿qué podemos nosotros dar á la omnipotencia divina por tantos beneficios como nos hace, cuando todas las cosas son suyas, y no necesita de ninguno de nuestros bienes, sino creer en ella con toda devocion, como quiso ser entendida por medio de las Sagradas Escrituras, y cómo mandó que se la creyese? Esto es, que confesemos que el Padre fue quien de su sustancia enjendró al Hijo coigual á él y coeterno, y no que él mismo haya sido el nacido y el engendrador, sino que sea distinta la persona del Padre que engendrò, de la del Hijo que fue engendrado, y que sin embargo ambos subsistan por la divinidad de una sola sustancia. El Padre es del que procede el Hijo, pero él mismo no procede de nadie: el Hijo el que tiene Padre, pero sin principio y sin disminucion subsiste en aquella divinidad en que es coigual y coeterno al Padre: igualmente debemos confesar y predicar que el Espíritu Santo procede del Padre y del Hijo, y que es de una misma sustancia con el Padre y con el Hijo: que es en la Trinidad la tercera persona el Espíritu Santo, la cual sin embargo tiene la misma esencia de divinidad con el Padre y con el Hijo: y esta santa Trinidad es un solo Dios Padre é Hijo y Espíritu Santo, por cuya bondad aunque toda criatura haya sido creada buena, sin embargo mediante haber tomado forma humana el Hijo, volvemos de la raza condenada á la antigua beatitud. Pero asi como es indicio de la verdadera salvacion convenir en que la Trinidad está en la unidad, y la unidad en la Trinidad; del mismo modo se dará una prueba de consumada justicia, si sostenemos una misma fé dentro de la universal iglesia, y guardamos los apostólicos preceptos apoyados en apostólico fundamento. Sin embargo, vosotros, sacerdotes de Dios, conviene que os acordeis de tantas molestias como ha sufrido de mucho tiempo á esta parte la iglesia católica de Dios en España, cuando los católicos sostenian y defendian la constante verdad de nuestra fé, y los hereges se apoyaban con animosidad mas pertinaz en su propia perfidia. Yo tambien, segun lo veis por los resultados, he sido impulsado por el Señor, é iluminado en la fé, para que perdida la obstinacion

(8) *Æ. BR. E. 4. T. 1. 2. U. genuerit.*

(9) *T. 2. consummatio.*

(10) *T. 2. propriam niterentur vindicare perfidiam.*

nem studio revocavimus. Proinde, sanctissimi patres, has nobilissimas gentes, quae lucris per nos dominicis applicatae sunt, quasi sanctum et placabile sacrificium per vestras manus aeterno Deo offero; erit enim mihi immarcescibilis corona vel gaudium in retributione justorum, si hi populi qui nostra ad unitatem ecclesiae solertia transcurrerunt, fundati in eadem et stabiliti permanent. Sicut enim divino nutu nostrae curae fuit hos populos ad unitatem Christi ecclesiae pertrahere, ita sit vestrae docibilitatis catholicis eos dogmatibus instituere, quo in toto cognitione veritatis instructi noverint ex solido errore haereticis perniciosae respuere, et verae fidei tramitem ex caritate retinere, vel catholicae ecclesiae communionem desiderio avidiori complecti. Ceterum sicut facile ad veniam pervenisse confido quod nescia hucusque tam clarissima erraverit gens, ita gravius esse non dubito, si agnitam veritatem dubio corde teneat atque a patenti lumine, quod absit, oculos suos avertant: unde valde per necessarium esse prospexi vestram in unum convenire beatitudinem, habens sententiae dominicae fidem quae dicit: *Ubi fuerint duo vel tres collecti in nomine meo, ibi ero in medio eorum*. Credo enim beatam sanctae Trinitatis divinitatem huic sancto interesse concilio; et ideo tamquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli conscius admodum sententiae divinae dicentis: *Non celavi misericordiam tuam et veritatem tuam a congregatione multa*: vel apostolum Paulum Thimoteo discipulo praecipientem audivi: *Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam aeternam in qua vocatus es et confessus bonam confessionem coram multis testibus*: vera est enim Redemptoris nostri ex evangelio sententia, qua confitentem se coram multis hominibus confiteri dicit coram Patre, et negantem se esse negaturum. Expedi enim nobis id ore confiteri (11) quod corde credimus, secundum coeleste mandatum quod dicitur: *Corde creditur ad justitiam, oris autem confessio fit ad salutem*: proinde sicut anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus et complicibus suis, qui unigenitum Dei Filium a paterna degenerem asserebat esse substantia nec a Patre genitum sed ex nihilo dicebat esse creatum, vel omnia concilia malignantium quae adversus sanctam synodum Nicaenam extiterunt, ita in honorem et in laudem fidem sanctam Nicaeni observo et honoro concilii, quam contra eundem rectae fidei pestem Arium trecentorum decem et octo sancta episcopalis scripsit synodus; amplector itaque et teneo fidem centum quinquaginta episcoporum Constantinopoli congregatorum, quae Macedonium Spiritus Sancti substantiam minorantem et Patris et Filii unitatem et essentiam segregantem jugulo veritatis interemit; primae quoque

de infidelidad, y concluido el furor de las discordias; hiciese que el pueblo volviera al reconocimiento de la fé y de la iglesia católica, el cual bajo el nombre de religion estaba entregado al error. Presente está toda la ínclita raza de los Godos, apreciada por casi todas las gentes por su genuina virilidad, la cual aunque separada por la maldad de sus doctores de la fé antigua ó de la unidad de la iglesia católica; sin embargo, puesta de acuerdo ahora conmigo, participa de la comunión de aquella iglesia, que á manera de una madre cariñosa, recibe la multitud de diversas gentes, y las abraza en sus entrañas; de la cual canta el profeta: *mi casa se llamará casa de oracion para todas las gentes*. Ni fue sola la conversion de los Godos la que se agregó al cúmulo de nuestra merced, sino tambien la infinita multitud de Suevos, que por disposicion celeste hemos sujetado á nuestro reino; y aunque estaban empapados en la heregia por vicio ageno, sin embargo por nuestra diligencia los hemos traído al origen de la verdad. Por lo cual, santísimos Padres, ofrezco al eterno Dios por vuestra mano como un santo y espiatorio sacrificio estas nobilísimas gentes, que por nuestra diligencia se han ganado para el Señor; pues será para mí una inmarcescible corona ó gozo en la retribucion de los justos, si estos pueblos que corrieron á la unidad de la iglesia por nuestros cuidados, fundados en la misma y establecidos permanecen en ella. Y asi como por disposicion divina nosotros hemos trabajado para traer estos pueblos á la unidad de la iglesia de Cristo; del mismo modo á vosotros pertenece instruirlos en los dogmas católicos, para que enterados de la verdad, sepan desechar con sólidos apoyos el error de la perniciosa heregia, y retengan por la caridad el trámite de la verdadera fé, abrazando con deseo mas ardiente la comunión de la iglesia católica. Ademas, asi como confio que fácilmente se perdonará á esta gente tan esclarecida por haber pecado sin saberlo; asimismo, no dudo que es peor si mantiene con corazon dudoso la verdad recibida, y aparta sus ojos de la clara luz, lo que no deseo suceda. Por lo cual he creído que es extraordinariamente necesario que os reunais en concilio, teniendo fe en la sentencia del Señor que dice, *donde hubiere dos ó tres congregados en mi nombre, allí estaré yo en medio de ellos*. Creo, pues, que la divinidad de la Santa Trinidad, asistirá á este santo concilio: y por lo tanto, como si estuviera en presencia de Dios, hago profesion de fe en medio de vosotros, sabiendo perfectamente la Sentencia Divina, que dice: *no escondi tu misericordia y tu verdad á una congrega-*

(11) *E. BR. E. 4. T. 2. profiteri.*

Ephesinae synodi fidem, quae adversus Nestorium ejusque doctrinam lata est, credo pariter et honoro; similiter et Chalcedonensis concilii fidem, quam plenam sanctitate et eruditione adversus Eutychem et Dioscorum protulit, cum omni ecclesia catholica reverenter suscipio; omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quae ab his superscriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione observo. Properet ergo reverentia vestra fidem hanc nostram canonicis applicare monumentis, et ab episcopis vel religiosis aut gentis nostrae primoribus solerter fidem, quam in ecclesia catholica Deo crediderunt, audire, quam rem notatam apicibus vel eorum subscriptionibus roboratam futuris olim temporibus in testimonium Dei atque hominum reservate, ut hae gentes quarum in Dei nomine regia potestate praecellimus, et quae deterso antiquo errore per unctionem sacrosancti chrismatis vel manus impositionem Paraclitum intra Dei ecclesiam perceperunt Spiritum, quem unum et aequalem cum Patre et Filio confitentis ejusque dono in sinu ecclesiae sanctae catholicae collocatae sunt, si eorum aliqui hanc rectam et sanctam confessionem nostram minimè credere voluerint, iram Dei cum anathemate aeterno percipiant, et de interitu suo fidelibus gaudium et infidelibus sint in exemplum. Huic verò confessioni meae sanctas superscriptorum conciliorum constitutiones contexui, et testimonio divino tota cordis simplicitate subscripsi.

*cion numerosa; ú oi al Apostol San Pablo, que manda al discipulo Timoteo, pelea buena batalla de fé: echa mano de la vida eterna, á la que fuiste llamado, habiendo tambien hecho buena confesion ante muchos testigos: es pues verdadera la sentencia de nuestro Redentor, puesta en el Evangelio, en que dice, que al que le confiesa delante de los hombres, le confesará él delante del Padre; y al que le niega, él le negará tambien. Conviene, pues, que nosotros confesemos de palabra lo que creemos de corazon segun el celeste mandato en que se dice, se cree de corazon para la justicia, mas la confesion de boca sirve para la salvacion. Por lo tanto, asi como anatematizo á Arrio con todos sus dogmas y cómplices, que afirmaba que el Unigénito Hijo de Dios, era de sustancia inferior á la del Padre, y que no habia sido engendrado por este, sino criado de la nada, y todos los concilios de los malvados que se celebraron en contra del santo sínodo Niceno; del mismo modo en honor y alabanza observó y honró la santa fé del sínodo de Nicea, que en contra de este mismo, peste de la recta fe, escribió, suscrita por los 318 Padres. Abrazo, pues, y sostengo la fé de los 150 congregados en Constantinopla, que destruyó á Macedonio, que disminuía la sustancia del Espíritu Santo, y segregaba la unidad y esencia del Padre y del Hijo. Creo igualmente y honro la fe del primer concilio de Efeso en contra de Nestorio y de su doctrina: igualmente la del concilio de Calcedonia, que lleno de santidad y erudicion, se celebró en contra de Eutiches y Dióscoro, y la admito con reverencia en union de toda la iglesia católica: observo con igual veneracion los concilios de todos los ortodoxos y venerables sacerdotes, que no se oponen á la pureza de la fe de estos cuatro referidos. Dese, pues, priesa vuestra reverencia á aplicar á nuestros monumentos católicos esta nuestra fé, y á oír de los obispos, religiosos y próceres de nuestras gentes, la fé con que creyeron en Dios, en la iglesia católica, asunto que anotado en los ápices ó vigorizado con sus firmas, debeis reservarle con escrupulosidad para que sirva en los tiempos venideros de testimonio de Dios y de los hombres; á fin de que estas gentes, ó las que aventajamos por la potestad régia en el nombre de Dios, y las que, purgado el antiguo error por la unción del sacrosanto crisma ó imposición de manos, recibieron el Espíritu Paráclito dentro de la iglesia de Dios, al que confesándole uno é igual con el Padre y con el Hijo han sido colocadas por misericordia suya en el seno de la santa iglesia católica; si alguno de estos no quisiere creer esta recta y santa confesion nuestra, experimente la ira de Dios con anatema eterno, y sirva de gozo á los fieles por su destruccion, y de egemplo á los infie-*

les. He unido á esta mi confesion, las santas constituciones de los sobredichos concilios, y he firmado con toda pureza de corazon el testimonio divino.

Fides a sancto Nicaeno concilio edita.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem: et (12) cetera. Ita perhibuit, ceu in Nicaeno concilio constituta est a sanctis episcopis, Recaredus rex.

Fides quam exposuerunt CL patres consona magnae Nicaenae synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem: et (13) cetera.

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Suffecerat quidem ad plenissimam pietatis: et (14) reliqua. Itaque hoc loquutus est praedictus rex.

Ego Recaredus rex fidem hanc sanctam et veram confessionem, quam una per totum orbem catholica confitetur ecclesia, corde retinens, ore affirmans, manu dextera Deo protegente subscripsi.

Ego Baddo gloriosa regina hanc fidem, quam credidi et suscepi, mea manu de toto corde subscripsi.

Tunc acclamatum est in laudibus Dei et in favore principis ab universo concilio: Gloria Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto, cui cura est pacem et unitatem ecclesiae suae sanctae catholicae providere: Gloria domino nostro Jesu Christo, qui pretio sanguinis sui ecclesiam catholicam ex omnibus gentibus congregavit: Gloria domino nostro Jesu Christo, qui tam illustrem gentem unitati verae fidei copulavit, et unum gregem et unum pastorem instituit: Cui a Deo aeternum meritum (15) nisi vero catholico Recaredo regi? Cui a Deo aeterna corona nisi vero orthodoxo Recaredo regi? Cui praesens gloria et aeterna nisi vero amatori Dei Recaredo regi? Ipse novarum plebium in ecclesia catholica conquisitor: Ipse mereatur veraciter apostolicum meritum qui apostolicum implevit officium: Ipse sit Deo et hominibus amabilis qui tam mirabiliter Deum glorificavit in terris, praestante domino (16) Jesu Cristo, qui cum Deo Patre vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti in secula seculorum. Amen.

(12) En todos los códices menos en el Alveldense se copia íntegro el símbolo de Nicea: en este se halla la nota marginal siguiente: *hoc invenies in synodo Nicaena.*

(13) Igualmente en todos menos en el Alveldense se pone íntegra la fé del concilio Constantinopolitano, en cuyo código tambien se halla la siguiente nota marginal, *similiter hoc reperies in Constantinopolitano concilio.*

Símbolo de fé del santo concilio Niceno.

Creemos en un solo Dios Padre Omnipotente, etc. Asi lo manifestó el rey Recaredo conforme fue establecido en el concilio Niceno por los santos obispos.

Símbolo de fé de los 150 Padres, conforme al gran concilio de Nicea.

Creemos en un solo Dios Padre Omnipotente, etc.

Tratado del concilio de Calcedonia.

Era pues. suficiente para el plenísimo conocimiento de la piedad, etc. Esto habló el referido rey.

Yo Recaredo rey, reteniendo de corazon y afirmando de palabra esta santa y verdadera confesion, la cual sola profesa la iglesia católica por todo el Orbe, suscribí con mi mano derecha, protegiéndome Dios.

Yo Baddo, Reina gloriosa, suscribí con mi mano y de todo corazon esta fé que creí y admití.

Entonces todo el concilio exclamó en alabanzas á Dios y en favor del Príncipe: Gloria á Dios Padre é Hijo y Espíritu Santo, al que cuida de proveer á la paz y unidad de su iglesia santa y católica: Gloria á nuestro Señor Jesucristo, que á costa de su sangre congregó la iglesia católica de todas las naciones: Gloria á nuestro Señor Jesucristo, que juntó á la unidad de la verdadera fé tan ilustre gente, é instituyó una grey y un pastor: y ¿á quién Dios ha concedido un mérito eterno sino al verdadero católico Rey Recaredo? ¿á quién la eterna corona sino al verdadero ortodoxo Rey Recaredo? ¿á quién la presente gloria y la eterna sino al verdadero amante de Dios, Rey Recaredo? El ha adquirido para la iglesia católica nuevas plebes; el mismo merezca con verdad el mérito apostólico, que ha cumplido el oficio apostólico; el mismo sea amable para Dios y los hombres, que tan admirablemente glorificó á Dios en las tierras con el auxilio del Señor Jesucristo, que en compañía de Dios Padre, vive y reina en unidad del Espíritu Santo por todos los siglos de los siglos: Amen.

(14) En todos los códices menos en el Alveldense y Emilianense se pone con mas estension este tratado: hallanse en ellos la siguiente nota marginal: *id integrè investigabis in Chalcedonensi concilio.*

(15) *Æ. gaudium.*

(16) *Æ. T. 2. domino nostro Jesu Christo.*

Fidei confessio episcoporum, presbyterorum vel primorum Gothicae gentis qui infra scripserunt.

Praecipiente autem universo venerabili concilio atque jubente, unus episcoporum catholicorum ad episcopos et religiosos vel majores natu ex haerese Ariana conversos ejusmodi alloquutione exorsus est dicens: Officii nostri cura et fidelissimi atque gloriosissimi principis admonitione propellimur diligenter a vestra caritate perquirere, vel quid damnetis in haerese aut quid intra Dei santam catholicam credatis ecclesiam: nam sicut dicente Psalmista didicimus: *Incipite Domino in confessione*: optimum est vestraeque saluti conveniens palam confiteri quod creditis, et sub auditu universorum anathematizare quod respuitis. Tunc prorsus optime poteritis evangelicae atque apostolicae fidei participes fieri, si eandem fidem catholicam ex confessione catholica incipiat vel propria subscriptione firmetis, et sicuti Deo jam de bona consensione cogniti estis conscientia, ita et proximis vos fidei sanctae adstipulatione monstretis: eò itaque fiet, ut et vos Christi esse corporis membra significetis et nostra exiguitas nihil dubium, nihil infidum unquam de vestra suspicetur fraternitate, dum patuerit vos tabem perfidiae Arianae cum omnibus dogmatibus, regulis, officiis, communionem, codicibus praedamnare, et detestandae (17) haereseos expoliati contagione, innovati quodammodo intra ecclesiam Dei splendide habitu verae fidei clareatis. Tunc episcopi omnes unà cum clericis suis primosque gentis Gothicae pari consensione dixerunt: Licet hoc quod fraternitas atque paternitas vestra a nobis cupit audire vel fieri, jam olim conversionis nostrae tempore egerimus, quando sequuti gloriosissimum dominum nostrum Recaredum regem ad Dei ecclesiam transivimus, et perfidiam Arianam cum omnibus superstitionibus suis anathematizavimus pariter et abjecimus; nunc verò propter caritatem et devotionem, quam vel Deo vel ecclesiae sanctae catholicae meminimus nos debere, non tantum haec eadem quae petitis promptissime agere properamus, sed et si qua adhuc congrua fidei esse prospicitis nobis de caritate persuadeate; nos etenim semel rectae fidei amor in eam devotionem advexit, ut omne, quod nobis veriùs fraternitas vestra patefecerit, teneamus et liberali fateamur confessione.

Profesion de fé de los infrascritos obispos, presbíteros, y próceres del linage Godo.

Por precepto y mandato del universal y venerable concilio, uno de los obispos católicos empezó á hablar á los obispos y religiosos ó á los mayores en edad convertidos de la heregia arriana, de este modo. En cumplimiento de nuestro oficio y por amonestacion del fidelísimo y gloriosísimo príncipe, pasamos á inquirir con esmero de vuestra caridad, qué es lo que condenais en la heregia, ó qué es lo que creéis dentro de la santa católica iglesia de Dios. Pues asi como sabemos del Profeta, *incipite Domino in confessione*: es muy bueno y muy conveniente á vuestra salvacion confesar públicamente lo que creéis, y en presencia de todos anatematizar lo que deseáis. Entonces es cuando podreis perfectamente ser participantes de la fe evangélica y apostólica, si empezais la misma fé católica por la confesion católica, ó si la firmáis con vuestra propia suscripcion; y asi como sois conocidos de Dios por la conciencia de vuestro buen consentimiento, del mismo modo os conocerán los prógimos por la afirmacion de la santa fé. Con esto sucederá, que os mostrareis miembros del cuerpo de Cristo: y nuestra pequeñez no sospechará jamás ninguna duda, ni ninguna infidelidad acerca de vuestra fraternidad, luego que se ponga de manifiesto, que condenais en los códices la corrupcion de la perfidia arriana con todos sus dogmas, reglas, oficios, comunión: y despojados del contagio de la detestable heregia, y renovados en cierto modo dentro de la iglesia de Dios brilleis espléndidamente por el hábito de la verdadera fé. Entonces todos los obispos en union de sus clérigos y los próceres de los godos dijeron con igual consentimiento: Aunque lo que vuestra fraternidad y paternidad desea oír de nosotros, ó que lo que quiere que hagamos, ya lo hemos practicado antes en el tiempo de nuestra conversion, cuando siguiendo al gloriosísimo Señor nuestro, Rey Recaredo, pasamos á la iglesia de Dios, y hemos igualmente anatematizado y desechado la perfidia arriana con todas sus supersticiones; ahora, pues, en atencion á la caridad y devocion que nos acordamos deber á Dios ó á la santa iglesia católica, no solo nos damos priesa á hacer lo que pedis, sino que si aun encontrais alguna cosa conveniente á la fé, exigidlo de nosotros; pues que el amor de la recta fé nos ha conducido una vez á esta devocion, de modo que todo aquello, que vuestra fraternidad nos descubriere por mas verdadero, lo sostengamos y lo confesemos con una confesion liberal.

(17) Ex Æ. BR. In A. et reliquis: attestandae.

I. Omnis ergo, qui fidem et communionem ab Ario venientem, et hucusque a nobis retentam adhuc tenere desiderat et de tota cordis intentione non damnat, anathema sit.

II. Quicumque Filium Dei dominum Jesum Christum negaverit a paterna substantia sine initio genitum, et aequalem Patri esse vel consubstantialem, anathema sit.

III. Quicumque Spiritum Sanctum non credit aut non crediderit a Patre et Filio procedere, eumque non dixerit coaeternum esse Patri et Filio et coessentialem, anathema sit.

IV. Quicumque in Patre et Filio et in Spiritu Sancto et personas non distinguit, et unius divinitatis substantiam non agnoscit, anathema sit.

V. Quicumque Filium Dei dominum nostrum Jesum Christum et Spiritum Sanctum esse Patre minores asseruerit et gradibus separaverit, creaturamque esse dixerit, anathema sit.

VI. Quicumque Patrem et Filium et Spiritum Sanctum unius substantiae, omnipotentiae et aeternitatis esse non crediderit, anathema sit.

VII. Quicumque nescire Filium Dei quae Pater sciat dixerit, anathema sit.

VIII. Quicumque initium Filio Dei et Spiritui Sancto deputaverit, anathema sit.

IX. Quicumque Filium Dei secundum divinitatem suam visibilem aut passibilem ausus fuerit profiteri, anathema sit.

X. Quicumque Spiritum Sanctum, sicut Patrem et Filium, verum Deum et omnipotentem esse non credit, anathema sit.

XI. Quicumque alibi fidem et communionem catholicam praeter ecclesiam universalem esse credit, illam dicimus ecclesiam quae Nicaeni et Constantinopolitani et primi Ephesini et Chalcedonensis concilii decreta tenet pariter et honorat, anathema sit.

XII. Quicumque Patrem et Filium et Spiritum Sanctum honore et gloria et divinitate separat et disjungit, anathema sit.

XIII. Quicumque Filium Dei et Spiritum Sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandos et honorandos, anathema sit.

XIV. Quicumque non dixerit: Gloria et honor Patri et Filio et Spiritui Sancto, anathema sit.

XV. Quicumque rebaptizandi sacrilegum opus bonum esse credit aut crediderit, agit aut egerit, anathema sit.

XVI. Quicumque libellum detestabilem duodecimo anno Leovigildi regis a nobis editum, in quo continetur Romanorum ad haeresem Arianam transductio, et in quo gloria Patri per Filium in Spiritu Sancto male a nobis instituta continetur;

I. Todo aquel que desea retener y no condena de corazón la fé y comunión procedente de Ario, y que hasta aquí hemos conservado nosotros, sea anatema.

II. Cualquiera que negase, que el Hijo de Dios, nuestro Señor Jesucristo, ha sido engendrado por la sustancia paterna sin principio, y que no es igual al Padre ó consustancial, sea anatema.

III. Cualquiera que no crea ó no creyere, que el Espíritu Santo procede del Padre y del Hijo, y no dijere que es coeterno y coesencial al Padre y al Hijo, sea anatema.

IV. Cualquiera que no distinga en el Padre y en el Hijo y en el Espíritu Santo las personas, y no reconozca la sustancia de una sola divinidad, sea anatema.

V. Cualquiera que afirmare que el Hijo de Dios, nuestro Señor Jesucristo y el Espíritu Santo son menores que el Padre, y los dividiere en grados, y dijere que es criatura, sea anatema.

VI. Cualquiera que no creyere que el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo son de una sola sustancia, omnipotencia y eternidad, sea anatema.

VII. Cualquiera que dijere que el Hijo de Dios no sabe lo que el Padre, sea anatema.

VIII. Cualquiera que dijere, que el Hijo de Dios y el Espíritu Santo han tenido principio, sea anatema.

IX. Cualquiera que se atreviere á confesar que el Hijo de Dios es visible ó pasible segun su divinidad, sea anatema.

X. Cualquiera que no crea, que el Espíritu Santo, lo mismo que el Padre y que el Hijo, es verdadero Dios y Omnipotente, sea anatema.

XI. Cualquiera que crea que en otra parte hay otra fé y comunión católica fuera de la iglesia universal, entendiendo nosotros por tal, la que sostiene é igualmente honra los decretos de los concilios Niceno, Constantinopolitano, Efesino I y Calcedonense, sea anatema.

XII. Cualquiera que separa y segrega al Padre y al Hijo y al Espíritu Santo en honor, en gloria y en divinidad, sea anatema.

XIII. Cualquiera que no creyere, que el Hijo de Dios y el Espíritu Santo deben ser glorificados y honrados con el Padre, sea anatema.

XIV. Cualquiera que no dijere: *Gloria y honor al Padre y al Hijo y al Espíritu Santo*, sea anatema.

XV. Cualquiera que crea ó creyere que la obra sacrilega de rebautizar es buena, y la practica ó practicar, sea anatema.

XVI. Cualquiera que tuviere, por verdadero el libelo detestable dado á luz por nosotros el año 42 del reinado de Leovigildo, en el que se contiene el tránsito de los romanos adoptando la heregia arriana, y en el que se lee mal

hunc libellum si quis pro vero habuerit, anathema sit in aeternum.

XVII. Quicumque Ariminense concilium non ex toto corde respuerit et damnaverit, anathema sit.

XVIII. Confitemur enim nos ex haeresi Ariana toto corde, tota anima et de tota mente nostra ad ecclesiam catholicam fuisse conversos: nulli dubium est nos nostrosque decessores errasse in haeresi Ariana, et fidem evangelicam atque apostolicam nunc intra ecclesiam catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam quam praefatus religiosissimus dominus noster patefecit in medio concilii et manu sua subscripsit, hanc et nos tenemus, hanc confitemur pariter et suscipimus, hanc in populis praedicare atque docere promittimus. Haec est vera fides quam omnis ecclesia dum per totum mundum tenet catholicam esse creditur et probatur: cui haec fides non placet aut non placuerit sit anathema Maran atha in adventu domini nostri Jesu Christi.

XIX. Qui fidem spernit Nicaeni concilii, anathema sit.

XX. Qui fidem concilii Constantinopolitani centum quinquaginta episcoporum veram esse non dixerit, anathema sit.

XXI. Qui fidem Ephesinae synodi primae et Chalcedonensis non tenet et delectatur, anathema sit.

XXII. Qui concilia omnium orthodoxorum episcoporum consona conciliorum Nicaeni, Constantinopolitani, primi Ephesini et Chalcedonensis non tenet et delectatur, anathema sit.

XXIII. Proinde damnationem hanc perfidiae et communicationis Arianae et omnium conciliorum haerese[m] Arianam foventium cum anathemate eorum propria manu subscripsimus: constitutiones verò sanctorum conciliorum Nicaeni, Constantinopolitani, Ephesini et Chalcedonensis, quas gratissima aure audivimus et consensione nostra veras esse probavimus, de toto corde et de tota anima et de tota mente nostra subscripsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitantes quàm quod supradictorum conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem et unitate Patris et Filii et Spiritus Sancti nihil his verius, nihil lucidius unquam potest vel poterit demonstrari: de mysterio incarnationis unigeniti Filii Dei pro salute humani generis, quo et vera probatur humanae naturae sine peccati contagione susceptio et permanet incorruptae in eo divinitatis plenitudo, dum et natura utraque non deperit et una fit ex utraque domini nostri Jesu Christi persona, satis plena in his conciliis probatur patefieri veritate et a nobis creditur omni remota dubitatione. Si qui unquam hanc fidem sanctam depravare, corrumpere, mutare tentaverint aut ab eadem fide vel communionem catholicam, quam nu-

TOMO II.

establecido por nosotros: gloria al Padre por el Hijo en el Espiritu Santo, sea anatema eternamente.

XVII. Cualquiera que no desechare de corazón y condenare el concilio de Rímini, sea anatema.

XVIII. Confesamos, pues, que nosotros nos hemos convertido á la iglesia católica desde la heregía arriana, de todo corazón, de toda alma y de todo pensamiento: nadie duda que nosotros y nuestros antecesores erraron en la heregía arriana, y que ahora hemos aprendido la fé evangélica y apostólica dentro de la iglesia católica. Por lo tanto nosotros sostenemos y confesamos, é igualmente admitimos, y prometemos predicar y enseñar á los pueblos esta santa fé que el sobredicho religiosísimo Señor nuestro entregó en medio del concilio, y firmó de su mano. Esta es la verdadera fé, que toda la iglesia sostiene en todo el mundo; se cree ser católica y se prueba, y al que no agrade ó no agradare esta fé, sea anatema Maran atha en la venida de nuestro Señor Jesucristo.

XIX. El que desprecie la fé del concilio Niceno, sea anatema.

XX. El que no dijere, que la fé del concilio de Constantinopla de 150 obispos es verdadera, sea anatema.

XXI. El que no sostiene y se deleita con la fé del primer concilio de Efeso y con la de Calcedonia, sea anatema.

XXII. El que no recibe los concilios de todos los obispos ortodoxos, conformes á los sínodos Niceno, Constantinopolitano, I Efesino y Calcedonense, sea anatema.

XXIII. Por lo tanto firmamos con anatema y de nuestra mano propia esta condenacion de la perfidia y comunión arriana, y de todos los concilios que favorecen esta heregía: hemos suscrito de todo corazón, de toda alma y de toda nuestra mente las constituciones de los santos concilios Niceno, Constantinopolitano, Efesino y Calcedonense, que hemos oído con muchísimo gusto, y que por nuestro consentimiento hemos probado ser verdaderas, juzgando que nada hay que esclarezca mas la verdad, que lo que contienen las autoridades de los sobredichos concilios. Nada puede ni podrá demostrarse mas clara y verdaderamente acerca de la Trinidad y de la unidad del Padre y del Hijo y del Espiritu Santo que lo que contienen estos: acerca del misterio de la Encarnacion del unigénito Hijo de Dios por la salud del género humano, por el que se prueba la verdadera recepcion de la humana naturaleza sin contagio del pecado, y la plenitud de la divinidad incorrupta permanece en él, pues que no perecieron ambas naturalezas, y de las dos se compone la persona de nuestro Señor Jesucristo, que se prueba en estos concilios que se patentiza con toda verdad, y nosotros lo cree-

57

per sumus Deo miserante adepti, egredi, separari vel dissociari voluerint, sint Deo et universo mundo crimini infidelitatis in aeternum obnoxii. Floreat autem ecclesia sancta catholica per omnem mundum pacatissimè et emineat doctrina, sanctitate et potestate: si qui intra eam fuerint, crediderint, communicaverint, hi audiant ad dexteram Patris positi: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est a constitutione mundi.* Si qui autem ab ea recesserint ejusque detraxerint fidei et communionem respuerint, hi audiant ore divino in die judicii: *Discedite a me maledicti, nescio vos, ite in ignem aeternum qui paratus (18) est diabolo et angelis ejus.* Sint ergo damnata in coelo et in terra quaecumque per hanc catholicam fidem damnantur, et sint accepta in coelo et in terra quaecumque in hanc fidem accipiuntur, regnante domino nostro Jesu Christo, cui cum Patre et Spiritu Sancto est gloria in secula seculorum. Amen.

Fides a Sancto Nicaeno concilio edita:

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem (19).

Fides quam exposuerunt centum quinquaginta patres consona magnae Nicaeno synodo.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem (20).

Tractatus Chalcedonensis concilii.

Suffecerat quidem ad plenissimam (21).

Damnatio (22) Arianæ hæresis.

Ugnas in Christi nomine episcopus anathematizans hæresis Arianæ dogmata superiùs damnata, fidem sanctam hanc catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Ubiligisclus (23) in Christi nomine episcopus anathematizans hæresis Arianæ dogmata superiùs damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam

(18) Æ. BR. E. 4. T. 1. 2. *praeparatus.*

(19) Se escribe íntegro el símbolo de Nicea en los demás códices fuera del A. y E., en los que al márgen se lee: *hoc plenius in concilio Nicaeno invenies.*

(20) Se escribe más latamente el símbolo de Constantinopla en los demás códices á escepcion del A. y E. en los que al márgen se lee: *similiter invenies hoc in Constantinopolitano concilio.*

mos así sin el menor átomo de duda. Y si alguno intentare en algún tiempo depravar esta fé santa, corromperla ó mudarla, ó quisiere salirse, separarse ó deshacerse de la misma fe y comunión católica, que por misericordia de Dios hace poco hemos obtenido, quede reo para siempre ante Dios y ante todo el mundo del crimen de infidelidad. Florezca pues en paz la iglesia santa católica por todo el mundo y descuelle en doctrina, santidad y potestad. Los que estuvieren dentro de ella, creyeren y comunicaren, puestos á la diestra del Padre oigan lo siguiente: *venid, benditos de mi Padre, recibid el reino, que se os ha preparado desde la creación del mundo.* Los que se separaren de ella y quitasen algo á la fé y desecharen la comunión, oigan de boca de Dios en el día del juicio: *apartaos de mí, malditos, no os conozco, id al fuego eterno, que está preparado para el diablo y sus ángeles.* Sea, pues, condenado en el cielo y en la tierra todo lo que se anatematiza por medio de esta católica fé; y sea grato en el cielo y en la tierra cuanto se admite en esta fé, reinando el Señor nuestro, Jesucristo, el cual con el Padre y con el Espíritu Santo es glorificado por todos los siglos de los siglos, Amen.

Fé del concilio de Nicea.

Creemos en un solo Dios, Padre, Omnipotente, etc.

Fé que espusieron los 150 Padres conforme al gran concilio Niceno.

Creo en un solo Dios, Padre Omnipotente, etc.

Esposicion de Fé del concilio de Calcedonia.

Era pues, suficiente para el plenísimo conocimiento, etc.

Condenacion de la heregia arriana.

Ugnas, obispo, en nombre de Cristo, anatematizando los dogmas de la heregia condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazón esta santa fé católica, que creí al convertirme á la iglesia católica.

Ubiligisclus, en el nombre de Cristo, obispo, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de to-

(21) Está con más latitud este tratado en los demás códices menos en el A. y E., en donde se lee la nota marginal siguiente, *hoc in Chalcedonensi concilio reperies copiosius.*

(22) Ex U. In A. Æ. *Ubi damnata est Ariana hæresis.* In reliquis deest hic titulus.

(23) In omnibus codicibus, excepto A. Murila praeponitur Ubiligisclus.

in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Murila in Christi nomine episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Sunnila in Christi nomine civitatis Vesensis episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Gardingus in Christi nomine civitatis Tudensis (24) episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Bechila (25) in Christi nomine civitatis Lucensis episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Arvitus (26) in Christi nomine civitatis Portucalensis episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi (27).

Froisclus in Christi nomine civitatis Dertosanae episcopus anathematizans haeresis Arianae dogmata superius damnata, fidem hanc sanctam catholicam, quam in ecclesiam catholicam veniens credidi, manu mea de toto corde subscripsi.

Similiter et reliqui presbyteri et diacones ex haerese Ariana conversi subscripserunt.

Signum Gussini (28) viri illustris proceri.

Fonsa vir illuster anathematizans subscripsi.

Afrila vir illuster anathematizans subscripsi.

Aila (29) vir illuster anathematizans subscripsi.

Ella (30) vir illuster anathematizans subscripsi.

Similiter et omnes seniores Gothorum subscripserunt.

Post confessionem igitur et subscriptionem omnium episcoporum et totius gentis Gothicae seniorum gloriosissimus dominus noster Recaredus rex pro reparandis simul et confirmandis disciplinae ecclesiasticae moribus, Dei sacerdotes taliter affatus est dicens: Regia cura usque in eum modum protendi debet et dirigi, quem plenam constet veritatis et scientiae capere rationem; nam sicut in rebus humanis gloriosius eminent potestas regia, ita et prospiciendae commoditati provinciarum major debet esse et providentia. At nunc, beatissimi sacerdotes, non in eis tantum modo rebus diffundimus solertiam nostram quibus

do corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme, á la iglesia catolica.

Murila, en el nombre de Cristo, obispo, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica que crei al convertirme á la iglesia católica.

Sunnila, en el nombre de Cristo, obispo de la ciudad de Viseo, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme á la iglesia católica.

Gandingo, en nombre de Cristo, obispo de la ciudad de Tuy, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme á la iglesia católica.

Bechila, en nombre de Cristo, obispo de la ciudad de Lugo, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme á la iglesia católica.

Arvito, en nombre de Cristo, obispo de la ciudad de Oporto, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme á la iglesia católica.

Froiselo, en nombre de Cristo, obispo de la ciudad de Tortosa, anatematizando los dogmas de la heregia arriana condenados arriba, firmé con mi mano y de todo corazon esta santa fé católica, que crei al convertirme á la iglesia católica.

Del mismo modo firmaron los restantes presbíteros y diáconos convertidos de la heregia arriana.

Signo de Gusino, varon ilustre Procer.

Fonsa, varon ilustre anatematizando, suscribí.

Afrila, varon ilustre, anatematizando, suscribí.

Aila, varon ilustre, anatematizando, suscribí.

Ella, varon ilustre, anatematizando, suscribí.

Del mismo modo firmaron todos los señores (*seniores*) de los Godos.

Despues de esta confesion y suscripcion de todos los obispos y señores de toda la nacion goda, nuestro gloriosísimo rey Recaredo, á fin de reparar, y al mismo tiempo confirmar las costumbres de la disciplina eclesiástica, habló de esta manera á los sacerdotes de Dios: El cuidado real debe estenderse y dirigirse hasta donde sea necesario para que conste que se ha mirado por la verdad y la ciencia; pues

(24) Ex reliquis praeter A. in quo: Tudesinae.

(25) BR. E. 4. T. 1, 2. Beccila. U. Beccilla.

(26) E. 4. T. 1. 2. Argiovitus.

(27) Ex reliquis codicibus praeter A. in quo legitur:

signum feci.

(28) Æ. Gusiani. E. 4. T. 1. 2. Quissini.

(29) BR. T. 1. 2. Agila.

(30) E. 4. T. 1. 2. Eila.

:

populi sub nostro regimine positi pacatissimè gubernentur et vivant, sed etiam in adiutorio Christi extendimus nos ad ea quae sunt coelestia cogitare et quae populos fideles efficiunt satagimus non nescire. Ceterum si totis nitendum est viribus humanis moribus modum ponere et insolentium rabiem regia potestate refrenare, si quieti et paci propagandae opem debemus impendere, multò magis est adhibenda sollicitudo desiderare et cogitare divina, inhiare sublimia et ab errore retractis populis veritatem eis serena luce ostendere: sic enim agit qui multiplici bono se a Deo remunerari confidit; sic enim audit qui super id quàm quod ei committitur auget, dum illi dicitur: *Quidquid supererogaveris ego cum rediero reddam tibi.* Ergo quia jam fidei nostrae et confessionis formam plena serie vestra beatitudo recensuit, simulque et sacerdotum nostrorumque procerum fides atque confessio sanctitati vestrae perpatuit, hoc adhuc necessariò pro firmitate catholicae fidei nostra Deo supplex instituere decrevit auctoritas, ut propter roborandam gentis nostrae novellam conversionem omnes Hispaniarum et Galliae hanc regulam servent: ut omnes sacrificii tempore ante communionem (31) corporis Christi vel sanguinis juxta orientalium partium morem unanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant symbolum, ut primum populi quid credulitate teneant fateantur et sic corda fide purificata ad Christi corpus et sanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim constitutio haec fuerit perenniter conservata in Dei ecclesia et fidelium ex solido corroboratur credulitas, et perfidia infidelium confutata ad id quod repetitum saepiùs recognoscit facillimè inclinatur; nec se quisquam jam de ignorantia fidei excusabit a culpa, quando universorum ore cognoscit quid catholica teneat et credat ecclesia. Omnibus ergo capitulis, quae adhuc per vestram sanctitatem regulis ecclesiasticis adjicienda sunt, hoc pro fidei sanctae reverentia et firmitate proponite (32), quod de proferendo symbolo nostra Deo docente decrevit serenitas: de cetero autem pro inhibendis insolentium moribus, mea vobis consentiente clementia, sententiis terminate districtioribus, et firmiori disciplina quae facienda non sunt prohibite, et ea quae fieri debent immobili constitutione firmate.

asi como la potestad real en las cosas humanas sobresale mas gloriosamente, del mismo modo debe vigilar con mas esmero por la comodidad de los comprovinciales. Mas ahora, beatísimos sacerdotes, no solo estendemos nuestro cuidado á aquellas cosas, mediante las cuales los pueblos constituidos bajo nuestro régimen, se gobiernan y viven en paz, sino que tambien nos dilatamos con ayuda de Cristo, elevando nuestro pensamiento hasta las cosas celestiales, y cuidando saber lo que motiva que los pueblos sean fieles. Ademas, si es preciso emplear todas las fuerzas para poner remedio á las costumbres de los hombres y freno á la rabia de los insolentes por medio de la potestad real, si debemos dedicarnos á la propagacion de la salud y paz; con mucho mas motivo debemos ocuparnos en desear y pensar en las cosas divinas, en ansiar las sublimes y manifestar con serena luz la verdad á los pueblos convertidos. De este modo, pues, se porta el que confia que ha de ser remunerado por Dios con muchos dones: y el que obra asi, y el que hacemos de lo que le está encargado, oirá aquella sentencia, *y cuanto gastares demas, yo te lo daré cuando vuelva.* Y despues que vuestra beatitud ha juzgado plenamente la forma de nuestra fé y confesion, y tambien se ha manifestado á vuestra santidad la fé y confesion de los sacerdotes y de nuestros próceres: nuestra autoridad rendida á Dios decreta que para firmeza de la fé católica, se establezcan algunas cosas, á fin de que todas las iglesias de las Españas y de la Galia observen esta regla, para robustecer la nueva conversion de nuestras gentes, y para que todos al tiempo del sacrificio y antes de la comunión del cuerpo de Cristo ó de su sangre, reciten en voz clara y unánimemente, segun la costumbre de los orientales, el sacratísimo símbolo de fé, para que los pueblos confiesen primero lo que creen, y purificados de este modo sus corazones por la fé, se presenten á recibir el cuerpo y sangre de Cristo. Y mientras esta constitucion fuere observada perennemente en la iglesia de Dios, se corroborará con solidez la credulidad de los fieles, pues refutada la perfidia de los infieles, se inclina con mas facilidad á lo que repetido muchas veces se reconoce mejor. De este modo tampoco se escusará nadie con la ignorancia de la fé, conociendo por la boca de todos, qué es lo que siente y cree la iglesia católica. A todos los capítulos que todavia deben añadirse á las reglas eclesiásticas por medio de vuestra Santidad proponed (*anteponed*) por reverencia y firmeza de la santa fé, el que nuestra Serenidad ha sugerido por inspiracion de Dios, y es que se

(31) *Æ. BR. E. 3. 4. U. communicationem.*

(32) *BB. E. 4. praeponite.*

recite el símbolo acerca de lo demás, y para refrenar las costumbres de los insolentes, estando conforme mi clemencia con vosotros, establecedlo con sentencias mas severas, y prohibid con disciplina mas rígida lo que no debe hacerse, y afirmad con una constitucion inmóvil lo que debe egecutarse.

Capitula quae in Dei nomine sancta synodus constituit.

Capítulos que en nombre de Dios estableció el santo concilio.

I.

I.

Ut conciliorum statuta et praesulum Romanorum decreta custodiantur.

Que se observen los estatutos de los concilios y los decretos de los prelados de Roma.

Post damnationem haeresis Arianae et fidei sanctae catholicae expositionem hoc sanctum praecepit concilium: ut quia in nonnullis vel haeresis vel gentilitatis necessitate per Hispaniarum ecclesias canonicus praetermissus est ordo, dum et licentia abundaret transgrediendi et disciplinae optio negaretur, dumque omnis excessus haeresis fovetur patrocínio, ut (33) abundantiam mali temperet districtio disciplinae, pace ecclesiae Christi misericordia reparata, omne quod priscorum canonum auctoritas prohibet sit resurgente disciplina inhibitum, et agatur omne quod praecepit fieri; maneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul et synodicae sanctorum praesulum Romanorum epistolae; nullus deinceps ad promerendos honores ecclesiasticos contra vetita canonum aspiret indignus; nihil ex hoc fiat, quod sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt debere non fieri, et qui praesumpserit severitate priorum canonum dstringatur.

Despues de la condenacion de la heregia arriana, y esposicion de la santa fé católica mandó este santo concilio, que porque en algunas partes en las iglesias de las Españas, bien sea por la heregia, bien por la necesidad de la gentilidad, se ha prescindido del órden canónico, cuando abundaba la licencia de infringir y se negaba la opcion de la disciplina, y cuando todo esceso de la heregia hallaba patrocínio: á fin de que la severidad de la disciplina temple la abundancia del mal, reparada por la misericordia de Cristo la paz de la iglesia, debe prohibirse todo aquello que prohíbe la autoridad de los cánones antiguos, toda vez que ya se ha restituido la disciplina, y debe hacerse cuanto manda que se haga, sigan en su vigor los estatutos de todos los concilios, y tambien las decretales de los santos prelados romanos. Ningun indigno aspire en adelante á merecer los honores eclesiásticos contra la prohibicion de los cánones; no se haga nada de lo que los santos Padres, llenos del Espíritu de Dios, ordenaron que dejara de hacerse; y el que lo egecutare sea castigado con la severidad de los cánones antiguos.

I.

